Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Karolus princeps. decimo anno regni sui cũ bauarus pugnauit. eosq; uicit. Idem tertio quinto decimo anno regni sui alamannia ingressus. cont lantfridũ dimicauit. & eandem gentem subiecit. xvi. anno regni sui uuiasconiam ingressus. eudonem ducem aquitanie bello petiuit. Capit.

Septimo decimo anno sarraceni ex hispania cũ uxoribus & paruulis uenientes. aquitaniam galliie puinciam. quasi in ea habitaturi intrant. Karolus quoque ut dictum est. cũ eudone aquitanie principe tem discordiam habebat. Qui tamen inuicem se conuingentes. cont eosdem sarracenos. pari consilio dimicarunt. Iam irruentes franci sup eos. ccc. lxxv. milia ex eis interfecerunt. Eudo quoq; sup eorum castra irruens. pari modo multos interficiens. omnia deuastauit. Mille quingenti tantũ ex francis ceciderunt. ut in epistola ab eudone missa gregorio pape de eadem victoria continetur. Capit.

Ea tempestate leo impr scorum imagines depositas incendit. romanoq; pontifici gregorio similia facere. si suam uellet habere gratiam mandauit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoq; rauenne exercitus. et uenetiarum talibus iussis uno animo restiterunt. & non eos pontifex phibuisse. imprem sup se constituisset.

Per idem tempus luitprandus castra emilie ferouianum Capit
& montem bellum. buxeta & pceta bononiam & pentapolim. auxiliumq; iniuasit. Si paucis diebus romano pontifice elaborante. romanis reddita est. Leo augustus. ad pectora pgressus est. ita ut compellere omnes constantinopoli habitantes. tantum quantum blandimur sororum imagines deponere. & quascumq; inuenire potuit. in media ciuitate incendio consumauit. Et qa plerique ex ppio tale scelus fieri phibebant. aliquanti ex eis capite truncati. alii parte corporis multati sunt. Cui erroni germanus patriarcha non consentiens. a pa sede depuls est. & ei in loco anas-